



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De secundo vocationis Apostolica munere, illuminandi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

eatorū liberant, vel præseruant: quale  
in altera supplicium experiantur, qui  
id præstare negligunt, vel etiam prauis  
mōribus, quos à corruptione præser-  
uare debuerant, corrumpunt, qui fo-  
ras istic instar salis infatuati in ster-  
quilinium damnationis mittentur, &  
hic ab omnibus tanquam propudia  
homīnum concubabuntur: Quanto-  
perè ergò cuique caendum, ne ijs ac-  
censeatur, de quibus D. Gregor. con-  
queritur: Nullum puto ab alijs maius præ-  
iudicium, quam à Sacerdotibus tolerat  
Deus, quando eos, quos ad aliorum corre-  
ctionem posuit, dare de se exempla prauita-  
tis cernit: quando ipsi peccamus, qui com-  
pescere peccata debuimus. Zelus boni ex-  
empli, horror scandali.

D. Greg.  
bo. 17. in  
Luc. 10.

De secundo vocationis Apostolica mu- V.  
nere, illuminandi.

I. **V**os estis lux mundi. Expende, al-  
terum munus viri Apostolici  
esse, proximos illuminare, seu ad fer-  
uens studium virtutum, quibus animæ  
illuminantur, & exornantur, exsti-  
mulare, idque non solum instruendo,  
adhortando, orando, sed reipsâ vir-  
tutum splendore omnibus prælucen-

dō,

do, idque purè propter Deum, cœnstanter, insatiabiliter: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Quod ut rectè fiat, necesse est, ut ipse prius eximio virtutum

*D. Bern.*

*lerm. de*

*S. Ioanne*

*Bapt.*

splendore fulgeat, & sic verè erit cum *D. Ioanne Baptista lucerna ardens & lucens:* nam solum ardere parum est, solum lucere vanum, ardere simul & lucere perfectum est. Zelus proficiendi in virtutum soliditate, aliosque ad idem excitandi.

*Ioan. 9.*

*Bar. 3.*

II. *Quam diuinè Christus hæc duo coniunxerit, ac proinde meritò dixerit: Ego sum lux mundi, quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Quam felix, qui eum serior imitatur, ut ijs adscribi stellis mereatur, quæ lumen suum ab hoc iustitiae, virtutis, & perfectionis sole mutuante dederunt lumen in custodiis suis, alijs virtutum exemplis prælucendo, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecerunt illas, in se splendorem earundem virtutum confernare, & augere satagendo. Zelus Christum in eximio virtutum studio imitandi.*

III. *Qualem internam mentis serenitatem Pater lumen ijs, qui lucernæ eximiè ardentes & lucentes esse ni-*

*tua.*

tuntur, soleat impertiri, cum vident subinde tantum numerum vestigia sua feruenter sequentium: & qualem in futuro peculiaris gloriæ aureolam, cū se mirabuntur inseri ordinibus eorum, de quibus Daniel: *Qui dotti fuerint ful-gebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aeternitates.* Zelus solidum in virtutum studio profectum in se alijsque promouendi.

Dan. 12.

*De actibus internis* }  
*resignationis perfe-* }  
*& tè exercendis.* } 17° VI.  
*De actibus externis,* }  
*& incitamentis resi-* }  
*gnacionis.* } 18. VII.

Dominica XIII. post Trinitatem. 9. Hebd. post  
Trinit.

*De Samaritano. Luc. 10.* I.

I. *I* Minensam suam Christus erga homines misericordiam nobis hic ob oculos ponit, & quidem triplicem. *i* Est inestimabilis illa, ex qua factus homo in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, de qua ait: *Beati oculi:*